

**Ode, in imitation of Horace. Ode I. Ad Maecenatem. Addressed to his Grace, John Duke of Monagu... To which is subjoined the original ode of Horace / illustrated by a new interpretation, by Sir William Browne.**

### **Contributors**

Browne, William, 1692-1774.  
Walpole, Robert, Earl of Orford, 1676-1745.

### **Publication/Creation**

London : W. Owen, 1763.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/fsqdm2bz>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

O D E,  
IN IMITATION OF *HORACE*,  
*ODE I. AD MAECENATEM.*

ADDRESSED TO HIS GRACE,  
JOHN DUKE OF MONTAGU:  
THE MOST BENEFICENT OF MANKIND.  
JAN. XXX. MDCCXLVIII.

TO WHICH IS SUBJOINED  
THE ORIGINAL *ODE* OF *HORACE*,  
ILLUSTRATED BY A NEW INTERPRETATION,  
BY SIR WILLIAM BROWNE, M. D.



*Frui paratis, et valido mihi,  
LATOE, dones, et, precor, integra  
Cum mente: nec turpem senectam  
Degere, nec cithara carentem.* HOR.

*Dormitante, ut videtur, isthic Bentleio, sic legatur, interpungatur, illustretur, meo periculo,  
Dones, precor, paratis frui, et valido cum corpore, et mente integra, mente sana in corpore sano:  
Senectam degere, nec inhonoratam, nec injucundam. Dona, quae, sine prece, sibi quisque temperans prudensque dabit;*

LONDON, MDCCCLXIII.  
Printed, and Sold, by W. OWEN, near Temple-bar,  
Price One Shilling Sixpence.



## THE OXFORD EPIGRAM.

On sending Horse to THEM, and Books to CAMBRIDGE.

THE KING observing, with judicious eyes,  
The state of His two UNIVERSITIES ;  
To OXFORD sent a *Troop of Horse* : for why ?  
That *Learned Body* wanted *Loyalty*.  
To CAMBRIDGE He sent *Books* : as well discerning,  
How much That *Loyal Body* wanted *Learning*.

## THE REPLY. By an OLD WHIG CANTAB.

CONTRARY Methods justly GEORGE applies,  
To Govern His two UNIVERSITIES.  
To OXFORD is dispatch'd a *Troop of Horse* :  
Since TORIES own no argument like *Force*.  
To CAMBRIDGE *Ely's learned Books* are sent :  
Since WHIGS admit no force like *Argument*.

## VTRI CREDITIS QVIRITES?

GEORGIVS *argute Regni dVO LVMINA spectans,*  
*Diverse Imperio Subdit VTRVMQVE SVO.*  
OXONIAM Turmis, armato ac Milite complet :  
*Vis sua sola valet quippe quod HVIC ratio.*  
*Sed GRANTAM Scriptis, multoque Volumine donat :*  
*Quippe quod HVIC Ratio vis sua sola valet.*

## OLD WHIGGISM The Same Thing in the GREEK.

ΕΙΣ ΔΤΟ ΜΕΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ Βασιλείας ΟΜΜΑΤΑ βλέπων,  
*Αλλοιως ΑΜΦΟΙΝ Αρχεται εργολαβων.*  
ΒΟΥΤΕΚΡΑΔΙΟΥΣ Ιππων τε, και Ανδρων Οπλα κρατησει·  
*Ως Βια τ' εις ΑΥΤΟΥΣ δη Λογος εστι μονος.*  
ΓΡΑΝΤΟΛΟΓΟΥΣ σοφα Βιβλια, και καλα Γραμματα πεισει·  
*Ως Λογος εις ΑΥΤΟΥΣ δη Βια τ' εστι μονη.*





[ 11. ]  
To The Right Honorable,

JOHN Lord MONTAGU.

My Lord,

THE *Disposition to Do Good Universally*, even so far as to comprehend the *Animal Creation*, was so peculiarly the *Character* of Your *Illustrious Grandfather*, the late DUKE OF MONTAGU: that it deserves, indeed, to be recorded by an *immortal pen*; but ought never to be passed over, in silence, by *any*, that can find a proper opportunity for mentioning *His Great Name*. This *Truth* must always be so agreeable to the *World*; that, I make no doubt, it will even atone for the publication of this *Address*: presented to *His Grace*, so long ago as the Title-page expresses, out of duty and gratitude, on a particular occasion. To this is subjoined the original *Ode* of HORACE, illustrated by a new *Interpretation*.

It is very happy for me, *thus* to secure an Apology, not to be controverted. For had I trusted to that *special plea*, of having observed, even to *supererogation*, this excellent rule of my *Master*:

——— *Nonumque prematur in annum,  
Membris intus positis.* \* ——— ART. P.

I am sensible, it might have been overruled, by *rejoining*: That this very *rule* condemns me, for not making use of the *remedy* it provides:

——— *Delere licebit  
Quod non edideris:* ——— IBID.

\* Sic, ad evitandam ταυτολογίαν, recte distinguitur a Bentleio.

But,



But, *here*, I might have *surrejoined*: That, if, by this mistake, I had exposed my *judgment*, I had at the same time expressed my *gratitude*. That, *this*, of the two, is the *superior quality*; for which I should much rather chuse to be esteemed: gratitude being an *intire* act of *my own*; judgment a *limited* gift of my *Maker*. That, *this*, therefore, *privileges* me against the punishment inflicted by that *sentence*; which would indeed be *severe*, without such a more *valuable consideration* to set against it:

——*Nescit vox missa reverti.* IBID.

The same *gratitude* authorises and directs this *Dedication* to *Your Lordship*: who, together with Your *Noble Parents*, *Lord* and *Lady CARDIGAN*, are so nearly, so deeply interested, in *admiration*, and *imitation* of so *glorious an Example*.

The *singularity* of celebrating a *Patron* so long since *Dead*, is the onely *accusation*, against which I am at a loss for any *defence*: neither being able to produce a *precedent* for it; nor having authority sufficient to make one.

I am,

With Disinterested Duty to YOUR LORDSHIP,

*Scilicet uni aequo LIBERTATI, atque Ejus Amicis,*

On Free and Noble Principles,

Your most Obedient Servant,

Queen-square,  
Jan. 14. 1763.

William Browne.





# O D E.

TO HIS GRACE  
JOHN DUKE OF MONTAGU.



OBLEST OF MEN, of *Royal Race* \*,  
Whom all *Illustrious Titles* grace,  
That *High Desert* can clame:  
To *Your Great Patronage* alone  
I owe the *honor*, GEORGE has done  
My undeserving name.

HORATII ODE I.  
AD MAECENATEM.

MAECENAS atavis edite regibus,  
O et praesidium et dulce decus meum:

COMMENTARIOLVM.

UTRUMQUE Critici ac Interpretes in limine haeserunt, et, vel sensum, vel  
venustatem, vel etiam Latinitatem expiscari sudarunt et alserunt: pulcherrima

\* Descended from JOHANNA DE ACRES, Daughter of K. E. I. by Ralph de  
Monthermer, E. of Gloucester, and Baron Monthermer. Sandford's Genealogy.

B

certe,



Some labor, with *Heroic* aim,  
 To reach the highest rank of *Fame*,  
 In her *immortal* roll:  
 Some *canvas*, for their *Country's* choice,  
 For *Honors* of the public voice,  
 And stand the *noisy* poll.

SVNT QVOS CVRRICVLO *pulverem Olympicum*  
*Collegisse* juvat, *metaque fervidis*  
 5 *Evitata rotis, palmaque nobilis.*  
 TERRARVM DOMINOS *evehit ad Deos*:  
*Hunc, si mobilium turba Quiritium*  
*Certat tergeminis tollere honoribus*:

certe, luculentissima, atque ab omni nube liberata habebitur hæc *Ode*; si modo, ut infra proponitur, *Graiorum* in primis *præcipuas*, *Romanorum* deinde *humanique generis varias*, *Maecenatis* denique, ac ipsius *Horatii* *proprias voluptates* recensere, inter se comparare, suoque pro merito laudare, intelligatur. Istæ utique vera, nisi fallor, *interpretatione*, non modo *accuratissimum* inter *Graios* et *Romanos* notatur *discrimen*; verum etiam *elegantissimum* Docto ejus *Patrō* a sagaci *Poeta* tribuitur *præconium*: dignissimum sane, quod ante *Opera sua*, *Proœmii* simul et *Dedicatio-*  
*nis* vice fungeretur.

3. SVNT QVOS CVRRICVLO] Laudantur *Graii* ludis *Olympicis* *præcipue* gaudentes, maxime *nobiles*; facti a *palma*, *victoriæ* *præmio*, *nobiles*: unde *περιφανέως* *per-*  
*pulchre* scribitur *palma nobilis*. Sunt quos, illustria *Graiorum* exempla sequentes, *curriculo pulverem Olympicum Collegisse* juvat, *metaque fervidis* *Evitata rotis*, *palma-*  
*que nobilis*.

Purissimæ *Latinitati* maxime consentaneum esse, ut idem verbum *juvat* dupli-  
 cem, *Jani* adinstar, faciem, tam *personalem* quam *impersonalem*, in periodo eadem,  
 ostendat, ex hac, atque alia simili locutione admonuit clarissimus *Bentleius*.

*Me nec foemina, nec puer*  
*Iam, nec spes animi credula mutui,*  
*Nec certare juvat mero.*

OD. IV. 1.

At vero, vel etiam oculatissimus ille *Vir* dupliciter vidisse videtur, quod non fa-  
 cile crediderim; vel ipsemet haud simpliciter videre videor, quod citius longe  
 concesserim; dum nulla nisi *personalis* hujusce verbi facies mihi, per totam perio-  
 dum, apparuerit. Etenim, in utraque, ipsa oratio casus nominativi vicem gerere,  
 meis saltem oculis, videtur: hic, *collegisse curriculo pulverem Olympicum* juvat;  
 illic, *certare mero* juvat: hic, reliquos casus rectos ducens; illic, sequens.

*Viderat* hujus loci *ἀποστάσιον* doctissimus *Glareanus*, et *Glareanus* secuti alii. Sed  
 qua ratione scribendus foret, id eos fugit. Critico isti celebri, *Rutgersio*, quem se-  
 quuntur, plauduntque *Pontanus*, et *Gatakerus*, omnium primo suboluit, distinctio-  
 nem post *palmaque nobilis* desiderari. Quæ quidem multo nomine mihi maxime  
 placet, primæque facie necessario prorsus admittenda est: ut detur verbum *evehit*,  
 quod pronomibus *Hunc*, et, *Illum*, proprio modo regat; cum sensui repugnet  
 communi,



Some board the wealth that *Av'rice* yields:  
 Some till content *paternal fields*:  
 Some trade o'er *faithless seas*:  
 Some follow *Wine's* bewitching taste,  
 And all their *pretious moments* waste,  
 In *jollity and ease*.

- Illum, si proprio condidit horreo*  
 10 *Quicquid de Lybicis verritur areis.*  
*Gaudentem patrios findere sarculo*  
*Agros Attalicis conditionibus*  
*Numquam dimoveas, ut trabe Cypria*  
*Myrtoum pavidus nauta secet mare.*  
 15 *Luctantem Icariis fluctibus Africum*  
*Mercator metuens otium et OPPIDI*  
*LAUDAT TVTA sui: mox reficit rates*  
*Quassas, indocilis pauperiem pati.*  
*Est qui nec veteris pocula Massici,*  
 20 *Nec partem solido demere de die*  
*Spernit; nunc viridi membra sub arbuto*  
*Stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.*

communi, absurdissimumque rem attente satis excutienti videatur, ut a verbo sequenti *dimoveas* umquam quovis modo regi possint. Quis enim, nisi mente carens, tam ineptum dicat, aut dictum patiat? *Hunc* honoribus, *Illum* divitiis auctum, *Hunc*, ut non *vel priorem vel parem* ferat, *Illum*, ut *ne sit ditior alter*, *Hunc*, *Caesarem* puta, aut *Pompeium*, *Illum*, scilicet *Crassum*, *Attalicis conditionibus Numquam dimoveas, ut trabe Cypria Myrtoum pavidus Nauta secet mare*: ut fiant mari Mercatores. Ecce Sapiantium Octavus! Quasi, *Attalicae conditiones dimoveant Hunc*, et, *Illum*; Qui *conditionibus*, vel ipsis *Attalicis*, vel plusquam *Attalicis*, jamdudum fruuntur. Quasi, tam parum sapiant homines, ut quovis persuasi argumento, ad id ipsum foris quaerendum, quod domi jam nunc habent, *per omnes audaces mare currerent*. Citius, mea quidem sententia, dixisset Horatius: *Hunc*, Deorum honoratissimum, *Iovem*, *Illum*, ditissimum, *Plutum*, *fascibus et securibus numquam dimoveas, ut Romae fiant Consules*. Dejiciatur itaque regno, quod sensu tam iniquo mirum quo modo usurpaverit, jure certe nullo umquam tenuit, verbum *dimoveas*; subditisque istis *Hunc*, et, *Illum*, regi proprio, verbo *evehit*, redditis; in unum solum, sibi merito sane manentem, in *Gaudentem patrios findere sarculo Agros*, dominari persistet, sceptrumque exerceat. Perpulchrum plane inter *tutam ruris pauperiem*, et *periculosum maris lucrum* instituitur certamen: *antithesis* exhibetur admodum *venusta*. In isthac profecto palaestra, victori non nihil honoris accesserit, agri patrii culturam, nil nisi *probam pauperiem sine dote* praebentem, maris mercium commutationi, vel ipsos *montes aureos* pollicenti, praeponere. Hac  
 sola



Some march in Mars's sanguine train,  
 While mothers curse th' imbattled plane,  
 And trumpet's deadly tone :  
 Some join the Hunter's early crew,  
 And thro' the cold their game persue,  
 While wives such sports bemoan.

Multos castra juvant, et lituo tubae  
 Permixtus sonitus, bellaque matribus  
 25 Detestata. manet sub Iove frigido  
 Venator, tenerae conjugis inmemor ;  
 Seu visa est catulis cerva fidelibus,  
 Seu rupit teretes Marsus aper plagas.

folia quaestione, unusquisque, si velit, summum agere possit cum Horatio triumphum :

Cur valle permutem Sabina  
 Divitias operosiores ?

OD. III. 1.

Quam suaviter autem, quam eleganter, in tali inter otium et operam pugna, insigniuntur Divitiae epitheto operosiores ! Quanta etenim opera partae, quanta conservatae, quanta ostensae, quanta etiam, denique, vel impensae ! Lis equidem tota, decreto veritatis pariter ac venustatis pleno, a sapientissimo Iudice, sic resolvitur.

Beatus ille, qui procul negotiis,  
 Vt prisca gens mortalium,  
 Paterna rura bobus exercet suis,  
 Solutus omni foenore :  
 Nec excitatur classico miles truci,  
 Nec horret iratum mare :  
 Forumque vitat, et superba civium  
 Potentiorum limina. &c.

EPOD. 2.

Haec equidem Rutgerfii sagacissima distinctio, nodum Ipso Deo vindice dignum solvere scilicet audentis, Bentleio, Criticorum facile Principi, vel potius Regi in proprium gregem timendo, non uno nomine displicuit : quod, voces palma et evebit artissime connectuntur, quas maxime violentum et coactum esset divellere ; crederes vel a D. O. M. conjunctas, a mortalium nemine dissociandas : quod, palma nobilis jejuna porro est, et arida, omnique Venere spoliata, nisi reliqua subjunxeris : quod, verbum evebit impersonaliter exhiberi haud patienter ferri potest ; quasi Grammaticum esset scelus, in foro Critico, nequaquam ignoscendum : quod, opes sordidae, malorum irritamenta, magis ad impia tartara mittunt, quam evebunt ad Deos. Verum enimvero, pace tanti Viri, edictis istis, utut regiis, feliciter satis obviam ire licebit : quod, palma nobilis, ludorum Olympicorum praemium, adeo omnibus numeris absoluta est, ut reliqui nihil subjungi aut desideret, aut ferat : quod, accuratissima climace, optimoque jure sententiam claudit, adeoque a verbo evebit divortium facillime admittit : quod, evebit impersonaliter exprimi nil vetat, dum sic docent Grammatici ; Nullum fere verbum est tam personale, ut non idem impersonalis formam possit induere ; nec e diverso : quod, re certe vera, opes, magis etiam quam



In all *Life's* entertaining views,  
 While *Each* his fav'rite point persues,  
 Such dear delight is shewn :  
 No terms can tempt to change the scene,  
 Because the *Mind* can never lean  
 To pleasures not its own.

*Vide Versus* 11, 12, 13 et 14.

quam honores, populo saltem, sub quo lis est, iudice, evehant ad Deos, atque Omnipotentes faciunt : testante *Petronio* :

——— *Quidvis nummis praesentibus opta,  
 Et venit : clausum continet area Iovem.* SAT.

testante, uno instar omnium, *Horatio* : ——— *Omnis enim res,  
 Virtus, fama, decus, divina humanaque, pulchris  
 Divitiis parent : quas qui construxerit, ille,  
 Clarus erit, fortis, justus\*.* Sapiensne ? Etiam et rex,  
 Et quicquid volet.——— SAT. II. 3.

Cum autem, ex Nota sequenti, non modo fas esse videbitur palma nobilis ab evebit dissociari, verum etiam nefas non dissociari : abjiciatur penitus medicina ista, morbo minime accommodata, tantoque Medico prorsus indigna :

——— *palmaque nobilis  
 Terrarum dominos evehere ad Deos.*

6. TERRARVM DOMINOS] Laudantur Romani, diversa sequentes, devicta Graecia, toto orbe devicto, rerum potiti, proptereaque vere Terrarum Domini. Isti hunc certe titulum, illustrissimam periphrasim, jure merito sibi totum vindicarunt, sibi proprium fecerunt Romani. Testor Virgilium, id ipsum honoris a Iove derivantem :

*Romanos rerum dominos.——  
 His ego nec metas rerum, nec tempora pono :  
 Imperium sine fine dedi.*——— AEN. I.

Testor Martialem : Terrarum Dea gentiumque Roma. EP. XII. 8.

Testor ipsum Horatium : Romae principis urbium. OD. IV. 3.

Ex loco autem novissime citato, in mentem mihi venit advertere, quam suavissime ista *Ad Melpomenen Ode*, cum prima hac *Ad Maecenatem* in omnibus convenit et consentit : adeo ut alteri altera lucem clarissimam adferat. Ostendit enim illarum alterutra, verbis aliisque et iisdem, ad unum scilicet eundemque colligans scopum : Quod nec nobilis Achaicorum in ludis palma ; nec tergemini Quiritium honores, nedum inferioris notae voluptates, ab Illo vel invidentur vel ambiuntur, Quem juvat Musa : vatūque inter amabiles choros ponit, aut populus Romanus, *ωρίφροστινος* pariter laudatus, Principis urbium soboles ; Terrarum domini ; aut eorum omnium vicem gerens, unus Maecenas. Laudatio autem, et comparatio Graiorum cum Romanis, apud Scriptores Latinos frequentissime occurrit. De belli tropaeis, dicit *Juvenalis* :

——— *Ad haec se  
 Romanus, Graiusve, ac Barbarus induperator  
 Exexit.*———

\* Sic, Bentleii spiritu, pulcherrime distinguitur.



The Merchant, when wild tempests rore,  
 May praise the safety of the shore,  
 And dread the angry main:  
 But soon his shatter'd ships repairs,  
 Nor any longer absence bears  
 From his beloved gain.

Vide Versus 15, 16, 17 et 18.

Augustum etiam ipsum, hunc in morem, maxime laudat Horatius:

Te ducibus nostris, te Graiis antefereudo.

EP. II. 1.

Graiorum juventutis institutionem, eamque longe quidem praeponens, cum ista Romanorum comparat:

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo

Musa loqui, praeter laudem nullius avaris.

Romani pueri longis rationibus assem

Discunt in partes centum diducere.——

ART. P.

Romanorum victoriam in Graios, Graiorumque vicissim in Romanos refert jucundissime:

Graecia capta ferum victorem cepit, et artes

Intulit agresti Latio.——

EP. II. 1.

Graios pariter Scriptores cum Romanis, licet non eadem trutina, pensat:

Si quia Graiorum sunt antiquissima quaeque

Scripta vel optima, Romani pensantur eadem

Scriptores trutina, non est quod multa loquamur:

Nil intra est olea \*, nil extra est in nuce duri.

IBID.

Id tamen obiter ut moneam, versum hunc novissimum nemo Interpretum, quem scio, vel minima ex parte explicasse, vel intellexisse videtur. Consentiunt enim inter se, unaque voce omnes sic exponi volunt. Qui Graios Romanosque Scriptores una eademque trutina pensandos asserunt, pariter absurdi sunt, ac si dicant, sensibus ipsis frustra reclamantibus, nec oleae dari nucleum nec nuci corticem. Verum enimvero, non is erat Horatius, qui unquam inter disputandum, loco argumenti substituerit contumeliam: non adeo mentis inops, ut tali auxilio, defensore isto egeret. Argumento argumentum opponere, suoque sibi gladio adversarium jugulare, perpetuo contuevit: id quod, hoc etiam in loco, perpulehre praestitit. Sic enim, re penitus perpensa, acutissime quidem secari videtur lis tota. Si, quia Graiorum sunt antiquissima quaeque Scripta vel optima, necessario sequatur, te iudice, hoc idem verum esse de Romanis: pari jure, me iudice, dicas, nil intra duri esse in olea, quoniam id verum est de nuce; nil extra durum esse in nuce, quoniam id verum est de olea. Hinc, nova exoritur lux, propriusque, nisi animus me fallit, nitor sententiae accedit. Hinc, probrosa ista, ut intelligi solet, absurditatis criminatio, ονειδολογία ab Horatii certe genio ac mente alienissima, in subtilissimam rationis vim atque aciem convertitur. Hinc, non con- vitio congressum inequalem metui vel evitari, sed ingenio praeclarum agi triumphum videmus: non *Thersitis* opprobrium, sed *Vlyssis* acumen sentimus. Tota haec victrix argumentatio sic Anglice reddi poterit.

If, because Graecian oldest works are best,  
 The Roman writers too must stand this test;  
 Very few words will furnish a defence  
 Against the weakness of this consequence:

\* Sic optime corrigitur vox oleam, iubente Bentleio.

As



Your *Heav'nly Joy* is to *dispense*  
 The rays of Your *Beneficence*  
 To *Ev'ry Living Kind* :  
 Relieved from want, and misery,  
 In concert, *Men, Brutes, Birds*, agree,  
 To praise Your *Godlike Mind*.

TE *doctarum ederae praemia frontium*  
 30 *Dīs miscent superis.*——

As well you may, *olive* compared with *nut*,  
 Prove that not *hard* within, nor *this* without.

Sed redeamus unde digressum est. *Terrarum dominos, Romanos, evehit ad Deos; Hunc, si rempublicam administret; Illum, si rem privatam adcumulet. Hic, honoribus, Ille, opibus Omnipotentem se credit, praestatque. Trahit, equidem, sua quemque voluptas; sed soli superbiunt, soli dominantur Magistratus, et Divites: soli caeteros omnes, ut profanum vulgus odio habent et arcent, quasi ad superos evehti.*

16. 17. OPPIDI LAUDAT TVTA] *Oppidi rura in oppidi tuta quae commodissime mutaret, legem primus tulit ingeniosus Valens Acidalius: quam postea, veluti de proprio, similiter fancivit acutissimus Gronovius Pater. Adeo inter se consensit, sive a suo uterque, sive ex alio alius, fratrum par nobile Criticorum. Huic etiam legi, quam Authori aequissimus adjudicat, Bentleyus ipse Magnus, Membranas nil morans, cumulo locutionum similium adlato, demisso tamen contra morem scepro, inodestia singulari, suaviq; ore, assensum dedit plusquam regium: eandemque certissime decorat Suadela Venusque. Quantumcumque enim lectionem antiquam tuentibus RVS IN VRBE placuerit; quantumcumque illorum iudicio sic SITI LAETANTVR LARES; quantumcumque pulchritudinis, aut locus ipse descriptus a situ, aut ipsa loci descriptio ab elegantia Latini sermonis, accepisse putetur; dum tamen interea dictio Oppidi rura vel jus civitatis haecenus obtinuisse apud Authores nunquam invenitur: quocumque modo haec, aliaque omnia quae in eandem rem adduci poterint, se habuerint, frustra prorsus erunt; dum Luēntem Icaris fluētib; Africum Mercator metuens, lethi jam limine in ipso, non Rura, non loca amoena, sed Tuta solum laudat; non de prospectu Villae, sed Vitae, cogitat; non venustatem, sed salutem solam curat, et rogat, et omnis in hoc est.*

29. TE] *Me habent, errato quidem Librariorum universo, istoque simul gravissimo, satisque, crederemus, obvio, licet nuperrime modo perspecto, Membranae ad unam omnes. Cum enim postea plus semel Maecenatem inter Doctos jure salutaverit Horatius:*

*Docte sermones utriusque linguae.*

OD. III. 8.

*Prisco si credis Maecenas Docte Cratino.*

EP. I. 19.

Annon, a principio etiam *Doctarum ederas praemia frontium Illi* multo magis adscribere, quam sibi ipsi adsumere: annon, *praesidium et dulce decus suum* colere, quam proprium ingenium venerari mallet? Annon, etiam id ipsum se re vera praestitisse sollemniter enuntiat?

*Prima dicte mihi, summa dicende, camena.* EP. I. 1.

Observavit primus, haud ita pridem, Criticus ille insignis, *Haraeus*, Episcopus Ciceritienfis, *Te*, hoc in loco, prorsus postulari. Atque id quidem verum esse quis jam non videat: non modo ad suavitatem idoneam Carmini conciliandam, sed et ad



To sing Life's joys, and heal its pains,  
 With skilful hand, and pleasing strains,  
 Is all that I desire:  
 But—on the Muse's wing I'll rise,  
 And reach sublime the starry skies,  
 If You Incite my lyre.

- 30 — *Me gelidum nemus*  
*Nympharumque leves cum Satyris chori*  
*Secernunt populo: si neque tibus*  
*Euterpe cobibet, nec Polyhymnia*  
*Lesbom refugit tendere barbiton.*  
 35 *Quodsi me Lyricis vatibus inseris*  
*Sublimi feriam sidera vertice.*

ad sensum aliquem *naribus*, non dicam *acutis*, sed, vel communibus *aptum* excutiendum? Isthoc Lynceos *Bentleii* oculos mirum est quo modo effugerit: quod in Ludis literariis docenti, vel etiam discenti cuiquam, latere posse quis jam nunc non miretur? Quanta enim Lectori se obtrudit anticlimax, inter *Me Dis miscent superis*, et *Me secernunt populo*! Quantus descensus, quantus lapsus est, a *Dis superis in gelidum nemus*: a beatis Immortalium coetibus ad *leves Nympharum cum Satyris choros*: αὐ' ὑψους εἰς βάθος! Quantum excitat risum jucunda *Illius* jactatio, *Sublimi feriam sidera vertice*, *Quem* jamdudum *Doctarum* ederae praemia frontium *Dis miscuerant superis*! Restituto autem *Te* in locum plane suum, Carmen nova luce donatum, non modo caliginem omnem excutit, quam ei mendum istud offuderat, verum etiam gratissimum *Maecenati*, quod deberi videmus, atque omitti vix et ne vix quidem patimur, officium praestat: inter *varias* hominum *delicias*, *istas* praesertim *Patroni* sui diligentius *notando*, aliisque omnibus *anteponendo*. *Maece-natem* profecto *Dis miscet superis* mira arte *Horatius*: dum *caeteros omnes*, tam *Graios*, quam *Romanos*, *inanibus* corporis sensuumque *gaudiis* versantes; *Illum solum* divinis animi *literarumque voluptatibus* delectantem *celebrat*. Maxime autem ante omnia, notandum, atque laudandum est *Poetae* acumen: qui, dum sanctissime *Musas* suas colit; dum altissimum *Patrono* suo solium erigit; non modo ipsi *sibi* sedem vel in gradu infimo servat, verum etiam ad summum fastigium, *favente Hoc*, *faventibus Illis*, viam aperit: *exigitque monumentum aere perennius*, nec *oblitus suorum*, nec *illis obliviscendus*.

Si quid grati Doctis praestiterit leve hoc in primam mihi dulcissime adridentis, perpetuique comitis, *Horatii* Oden Commentariolum; nec *luisse* quidem, nec etiam vel *non incidere ludum* pudebit: quin plura, forsitan, ejusdem nominis et coloris, Illorum judicio *submittere coner*, si modo *Deus nobis otia fecerit*.

Dum autem tam *varie delectantur Homines*; dum, horas inter medendi officium subsecivas delectans, *Lectorem delectare* tam ardentem cupio; et *spes et consilium* est *Ejus veniam exorare et impetrare*: si, quod quidem *habet me consistentem reum*, inter *amabiles* *Classicorum choros* *Ipse nimium delectari* videar.



ENGLISH TRANSLATION  
 OF *HORACE*,  
*ODE I.*  
 TO MAECENAS.

AGREEABLE TO THIS INTERPRETATION.

**M**AECENAS high by *birth* allied,  
 At once my *Patron* and my *Pride*.

The *Greeks*, fond of *Olympic game*,

In *chariot-race* aspired to *fame*:

5 The *Victor's* brow the *palm-wreath* bound,

And with *immortal glory* crown'd.

The *Romans*, *Masters* of *Mankind*,

In *power*, and *wealth*, a *Godhead* find.

D

*Him,*



*Him*, whom the wavering *People's* vote

10 To highest *office* shall promote :

*Him*, who shall greatest *treasure* hoard,

That *Lybia's* crowded barns afford :

We see assume *coelestial* nods,

No longer mortal *Men*, but *Gods*.

15 The *Country-taste* knows few demands,

Content to till *paternal* lands :

Nor will be changed, to *plow* the *main*,

Ev'n *Attalus's* wealth to *gain*.

The *Merchant*, when wild *tempests* rore,

20 Praises the *safety* of the shore :

But soon his *shatter'd* ship repairs,

And threatening *waves* to *want* prefers.



The *Bacchanalian's* relish shews,

No other *use* of *time* he knows;

25 But his incessant wish to please,

With endless *jollity* and *ease*.

The *Soldier's* joy in camps is found,

In drum's and trumpet's *martial* found:

He wishes for *war's* dire campaign,—

30 While *Mothers* curse th' imbattled plane.

The *Hunter*, with his early crew,

Contemning *cold*, their *sport* pursue:

Whether his faithful *bounds* shall find

The furious *boar*, or timorous *hind*:

35 While tender *Wives* are left alone,

*Neglected beauty* to bemoan.

Your



*Your Learned Head* the *ivy-prize*

Ranks with the *supreme Deities*.

*My pleasure* is the *shady grove*,

40 Where, *Nymphs* and *Satyrs* freely rove :

Where, while the *Muses* aid I find,

I turn my back upon *Mankind*.

But—if *You* give my *honor'd* name

The *Lyric Poet's* deathless *fame* :

45 On *Aemulation's* wing I'll rise,

And reach *sublime* the *starry skies*.

## FINIS.

### *Addend.*

Under the *Epigrams*, this true cause of their publication.  
IAM olim lusu scriptis : non nisi NOBILIS Cujusdam S. R. S. Iusso,  
apud annum SOCIETATIS REGIAE Festum nuperrime dato,  
CVI summa est Libertas obsequi, nunc demum editis.

### *Corrigend.*

<i>pag.</i>	<i>lin.</i>	<i>leg.</i>
4	17	enim
6	26	fic eum
<i>ibid.</i>	40	inaequalem
7	20	Authori suo
<i>ibid.</i>	<i>penultima</i>	Cicestrienfis